



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

V. De effectibus irregularitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

## PVNCTVM V.

## De effectibus irregularitatis.

- 1 Effectus irregularitatis est priuatio ordinis suscipiendi licet.
- 2 Priuatum susceptione prima tonsura.
- 3 Irregularitas superueniens ordinato si ex delicto proueniat priuat ordinatum quilibet exercitio ordinis: scilicet si ex defectu.
- 4 Nulla irregularitas priuat actionibus, qua clericis, & laicis communes sunt.
- 5 Irregularitas absoluta; priuat irregulariter beneficij consecutione.
- 6 Communis sententia negat collationem beneficij factam irregulari validam esse.
- 7 Sed non videtur sarcina firma sententia.
- 8 Irregularis non videtur incapax iurisdictionis Ecclesiastica.
- 9 Non priuat irregularitas beneficij rite acquisiti.
- 10 Satisfactio obiectio ex Concilio Trident. de lupta.
- 11 Quid debet praestare beneficiarius in irregularitatem inciduntem.
- 12 Irregularis ex homicidio priuandus venit beneficij obtentus.
- 13 Irregularitas superueniens clericis beneficiario, non priuat frumentibus beneficij.
- 14 Neque item iurisdictione aliqua ad forum contentiosum pertinet.
- 15 Ligatus irregularitas, nec potens impetrare dispositionem, beneficium rite acquisitum renunciare potest.
- 16 Quod verum est etiam pendente accusatione irregularitate.

elle irregulariter censendum, ut expressè docuerunt Nauarri cap. 1 quis autem num. 41. de panitem, disp. 7. Suar. disp. 40. feli. 6. num. 8. & 13. Salas 1. 2. trah. 8. disp. unica. set. 18. num. 168. Sanch. lib. 1. ca. 10. num. 48. Coninch. disp. 18. dub. 2. num. 12. Aulia 7. p. disp. 2. dub. 5. conclus. 2. Bonac. de irregularitate disputat. 7. p. 2. 5. num. 2. & colligitur ex cap. 1 qui de sensu excommunicata in 6. ibi enim deciditur non contrahi irregularitatem nisi in casibus à iure expressis: at in iure expressum non est in dubio facti vltra casum homicidij irregularitatem incurri. Ergo assertenda non est. Præterea in casu dubio nemo tenetur le sua libertate priuare, nisi aliqualege cogatur ad hanc priuationem sustinendam: at nulla adest lex priuana libertate suscipiendi ordines dubium delinquentem nisi in casu homicidij. Ergo extra illum casum ordines suscipere poterit.

10 Neque obstant fundamenta contraria. Nam esto Pontifex ad statuendum irregularitatem in dubio homicidij nitatur illi principio: In dubiis tuorū pars est eligenda, non nititur illi tanquam principio quod necessariò sit obseruandum, sed tanquam principio quod obliterari maxime decet. Et licet hoc principium communis sit omnibus aliis materiai, in quibus consilium prudentissimum est tuncorem partem sequi, ut bene inquit Sanch. lib. 2. de matr. disp. 41. num. 9. quia tamen in irregularitate homicidij efficacius procedit propter indecentiam specialem, quam secum afferit homicidium in clericis ea de causa dilipuit Pontifex, vt in dubio homicidij censetur quis irregularis, quam diu positionem ad alias materias non extendit. Ad secundum nego in dictis Texibus non consti nouum ius; quia ibi non declarat in dubiis tutorem patrem esse eligendam necessariò, sed supponens tutorem partem ex consilio sequendam esse, statutum dubium de homicidio esse irregulariter censendum. Ad ultimum versus eius docimus in dicto loco legem maximè pecuniam ob similitudinem rationis extendendam non esse ad casum sub latra verborum forma non comprehendens.

Ex hac doctrina inferre non est censendum irregulariter, si facta diligencia, & dubitans an sis excommunicatus celebres, qui nullibi ob hanc celebrationem dubium irregularitas expressa est: & facit cap. Apostolica 9. de clericis excommunicatis, vbi solum de clerocelebrante cum ignorantia crassâ, & lupina censurâ dicitur indigere dispensationem, nam celebrians cum ignorantia probabili suspensois excusat. Atque ita tradit Aulia 7. p. disp. 2. dub. 5. conclus. 2. Suar. disp. 40. feli. 5. n. 13. & 19. Sanch. lib. 1. c. 10. num. 48. & alii Doctores suorum pro nostra sententia relati.

Secundum inferre ob mutilationem dubium non debet irregulariter reputare, quia mutilatio esto disponat ad homicidium, non tamen homicidium, at in solo dubio homicidij statutum irregularitas, ergo non est ad mutilationem dubiam extenda. Sicuti notauit Sanch. lib. 1. c. 10. num. 49. Bonac. disp. 7. p. 5. num. 3.

## PVNCTVM IV

## De causa formalis irregularitatis.

## 4 Quae sit causa formalis explicatur.

Causa formalis irregularitatis sunt verba quibus in iure irregularitatis fertur. Nam cum lèpè dictum sit nullam irregularitatem contrahri nisi in casibus à iure expressis efficiuntur lancea verba quibus in iure exprimitur irregularitas, censenda esse illius causam formaliter.

Solum est dubium, quibus verbis censetur in iure irregularitate expressum esse, latè id explicat Suar. disp. 4. 6. feli. 8. per sona vbi varias regulas constituit. Sed omnes ad hanc viam reducuntur, quia priuationem suscipiendo Ordinis indexerunt, vt si Textus dicat ad clericatum non promovetur, non ordinetur, non fiat clericus. Ut haberet cap. de clericis. Cap. curandum, & alii 34. disp. Et licet illa verba: Non ordinetur, videantur ad Praetorium dirigiri, idèque sententiam ferendam, & non ipso iure latam contineare, quia tamen supponunt causam, ob quam non sit ordinandus scilicet inhabilitatem, ea de causa assertendum est plerunque irregularitatem continere: vt aduerterit. Coninch. disp. 18. dub. 3. num. 2. 4. Aliæ forme quo solum distinctionem a Sacerdotio denotant, vt sunt illæ: Inter Presbyteros non computantur: Non fiat Sacerdos, & similes, esto irregularitatem partialem significante, lèpè afflantur ad irregularitatem integrum significandam, maximè in eo qui nullo ordine insignitus est, eo quod excluso sacerdotio, ceteri ordines vtper ad sacerdotium relati, excludi videntur, quod ex circumstantiis colligendum est. Sicuti nota: Bonac. de irregular. disp. 7. p. 3. num. 10.

Primus, & præcipuus effectus irregularitatis est priuatio ordinis suscipiendi licet, nam validam receptionem nullatenus Ecclesia impedita potest, si de facto materia, & forma, & minister adhuc a Christo requiri: vt ex omnium sententia tradit Bonac. disp. 7. de irregularit. pun. 4. Primam tonsuram quia ex Ecclesia institutione pendet, potest Ecclesia irritam reddere ab irregulari suscepit, sed nullibi constat hanc apposuisse irritationem, idèque sicut non irritat susceptionem Ordinis, nec primam tonsuram censenda est irritare. Sicuti docet Suar. disp. 40. feli. 1. n. 1. Bonac. de irregular. pun. 4. num. 3.

Quinimò aliqui Doctores assertunt susceptionem primæ tonsuræ irregulari prohibitum non esse: eo quod tonsura non fit propriè, & in rigore Ordo, sed ad Ordines suscipiendos dispositio: irregularitas autem (vt ex eius definitione constat) Canonicum impedimentum est Ordinis suscipiendi, sed nullatenus haec sententia admittenda est, sed omnino dispendum irregulariter priuatum esse prima tonsura suscipienda, sicut & reliquias ordinibus: eo quod irregularitas tendit ad constitendum irregulariter extra clericorum statum, & regulam, qui est effectus tonsuræ oppositus, quæ confunduntur in statum Clericorum adaptat.

Neque obest primam tonsuram propriè Ordinem non esse.

Satis enim est quod sub ordine latè sumpto comprehendantur, iuxta Texum in cap. cùm contingat de statu, & qualitate, vt

inde colligatur irregularitem quæ totius ordinis susceptione priuat, priuare susceptione primæ tonsuræ. Præterquam quod ex priuatione ordinis suscipiendi, infra primæ tonsuræ priuatio.

Etenim prima tonsura est dispositio ad Ordines, quæ ergo incapax est suscipiendi Ordines, inquit illorum dispositiōnēm suscipit. Arcta ita docent Nauarri. t. 1. consilior. consi. 24. de temporib. ordinat. n. 1. & 3. & cons. 1. n. 1. Sayrus lib. 6. cap. 1. n. 19. Gac.

cia de benef. p. cap. 12. n. 30. Filic. trah. 18. cap. 3. num. 19.

& 60. Aulia 7. p. disp. 2. dub. 6. Bonac. de irregular. disp. 7. pun. 1. n. 4. circ. finem.

Verum si irregularitas ordinato superueniat distinguendum est, an sit irregularitas ex delicto, vel ex defectu. Si fuerit irregularitas ex delicto pura ex homicidio, ex iniqua ordinum susceptione, vel administratione: priuat ordinatum quilibet exercitio ordinis suscepit, & inhabile reddit alium suscipiendo, quia præstat omnem effectum quem præstare potest, vt colligitur ex cap. fin. de temporib. ordinat. & cap. anquisitionis 1. de accusacionib. Et tradit ex communī sententia Co- uarru. Clement. si furiosus, de homicidio 1. p. 5. 1. num. 3. Nauarri. cap. 27. num. 194. Suar. disp. 40. feli. 2. num. 4. Aulia 7. p. disp. 2. dub. 6. Verum si irregularitas non ex delicto, sed ex defectu ordinato superueniat, qualis est quæ refertur in cap. 2. de clericis agrotante cui duo digiti cum medietate palma abscissi fu-

rant & constituit hunc sacerdotem irregularitatem ad celebran-

dam, non tamen ad alia sacerdotalia munera, qualia sunt affi-

ctio matrimonio, abolitio à peccatis, alia sacramenta

ministrare. Quod si hic defectus diacono superuenient, illum constitueret irregularem ad sacerdotium suscipiendum, non tamen impedire exercitum ordinis rite suscepit. Sicuti notat Nauart. cap. 7. num. 191. Maiol. lib. 1. de irregulari. cap. 2. reg. 5. Suar. disp. 40. sect. 3. num. 25. Aula 7. p. disput. 2. dub. 6. §. etica. Bonac. disp. 7. de irregulari. pun. 4. num. 2. Neque refert an talis defectus culpabiliter contritus sit, nam quomodo conque ordinato superuenient, solum impedit illius ordinis vnum, quem defectus praeferre nequit, ut bene adiuvetur. Suar. dict. 40. sect. 2. num. 38. Bonac. d. punct. 4. numero 3. Et colligitur ex cap. student. 5. o. disp. & ex cap. 2. de clericis non ordinatis. & cap. 1. de corpore virtutis. Quocirca contingit defec-  
tus qui absoluata irregularitate in laico induceret pos-  
sum in Clerico cautele tantum irregularitatem paralem, hoc est inhabilitatem suscipiendi ordines, qui restant susci-  
piendi; vel exercendi suscepitos Ordines, in quorum exercito deformitatem constituent.

4. Ex his conflat cudenter nullam irregularitatem priuare actionibus que & laicis & clericis sunt communes nempe recipere Sacramenta, preter ordinem, audire officia diuinia, sepeliri in loco sacro, communicare cum fidelibus, baptiza-  
re absque solemnitate, quia irregularitas solum excludit a gremio, & regula Clericorum, & consequenter ab actionibus que Clericorum sunt propriæ: sicut ex omnium sententia notat Couarriu. Clement. si furiosus 1. p. §. initio. Nauart. cap. 27. num. 191. Suar. disp. 40. sect. 2. num. 8. Henrig. cap. 14. numero 1. Coninch. disput. 18. dub. 1. num. 4. Bonac. disput. 7. pun. 4. num. 5.

5. Secundus effectus irregularitatis est priuare irregulari beneficiorum consecutione: nam cum irregularitas si absolu-  
ta sit, deicitur irregulari ab istis, & ordinis clericis, con-  
sequenter deicitur ab iis, que clericalem ordinem requiriunt, & que illius sunt propria: ut colligitur ex cap. 2. de clericis pugnante in duello, & ex Concilio Trident. sect. 14. cap. 7. de reformat. Notanter dixi, si irregularitas absoluata sit, nam si sit irregularitas partialis ordinato superuenient non ex delicto, sed ex defectu, sicuti est irregularitas quæ refertur in cap. 2. de clericis agente, validæ, & licet potest prædicto irregulari beneficio conferri, quod non requirit utrum repugnatem defectui, ut tradidit Valen. t. 4. disp. 7. q. 19. pun. 1. vers. 6. & dicendum. Sayrus lib. 6. thesauri, cap. 2. numero 13. Garcia de benef. 7. p. cap. 12. num. 19. Bonac. t. 1. disp. 7. de irregulari. p. 4. num. 3.

6. Quocirca difficultas eod pertinet, An collatio beneficij fa-  
cta irregulari absoluæ, vel tali irregulari qui functiones be-  
neficij exercere licite non potest, valida sit? Negat communis sententia prædictam beneficij collationem validam esse. Nauart. cap. 2. num. 134. dicto 11. & cap. 27. num. 249. dicto 6. Couarriu. in cap. alma mater. 1. p. §. 7. num. 1. & §. 8. num. 3. & in reg. peccatum. 2. p. §. 8. num. 6. & 7. Henrig. lib. 14. capite 2. num. 5. Sayrus lib. 6. cap. 2. num. 11. Suar. disp. 40. sect. 2. num. 30. Aula 7. p. disp. 2. dub. 6. conclus. 3. Bonac. de irregulari. disp. 7. p. 4. num. 5. & alij apud ipsos. Dicuntur hæc communis sententia ex eo quod irregularis exclusus est ab ordine, eiusque exercitio; ergo exclusus est a beneficio, quod ordinem necessarij requirit. Etenim inhabilis ad vnum inhabilis cense-  
ri debet ad omnia illa quæ ex uno consequuntur. Argum. transflato de constitutionib. iuncta Glossa in e. student. verbo ut  
tale beneficij 3. o. disp.

7. Verum hæc ratio solum probat illicitam esse collationem, & venire irritandam, at de facto irritam esse, & nullam inde non concipiunt, sicuti ex eo quod in cap. ultim. de clericis ex-  
communian. ministrante dictum sit excommunicatum minori ex-  
communicatione eligi non posse, non efficiunt electionem fore irritam, si de facto sit, sed solum esse illicitam: Sic ex eo quod irregularis exclusus sit ab ordine suscipiendo, & illius exercitio, solum concipiunt exclusum esse a susceptione be-  
neficij sicuti, non tam a susceptione beneficii validæ, sicuti non excluditur a valida Ordinum susceptione, maximè cum irregularis possit procurare dispensationem, & inter-  
im beneficio per alium deseruire, ciuile muneri satisfa-  
cti.

Præterea irregularitati non sunt tribuendi plures effectus, nec plures pauci signanda, quæ sit in iure expellæ; at in iure ut bene expendit Suar. disp. 40. sect. 2. & num. 30. Coninch. disp. 18. dub. 1. num. 4. Paulus Layman. lib. 1. sum tract. 5. p. 3. cap. 1. num. 2. & 3. Gaspar Hurtado de irregulari. difficult. 3. & num. 10. nullus est Textus exprimens collationem beneficij irregulari factam irritam esse, sed ab summum illicitam. Nam Textus qui adducuntur sunt cap. cum bona de state. & equalit. quod non loquitur de irregulari, sed de suspensi, & in suspensione per triennium perseuerantibus, neque hos redditus inhabiles ad beneficium, sed decernit spoliando esse beneficium ante posse, & eo tempore acquisitis. Deinde adducitur Textus in cap. postulatis 7. de clericis excomm. ministr. qui nullatus de irregulari loquitur, sed de excommunicato. Item Textus in cap. fin. eodem tit. qui de ligato minori excommu-  
nicatione loquitur: cap. verbo 2. de clericis pugnabit. in duello,

vbi cum Clerico qui homicidium commisit, dicatur posse sub-  
sericorditer dispensari, ut beneficium obtineat, non quia in-  
valida est beneficij collatio, sed quia est illicita. Ergo ir-  
ritatio collationis beneficij non est irregularitatis effectus.  
Argum. cap. si soli de concess. probanda in 6. vbi dicitur prohibi-  
tionem Pontificis non irritari collationem, nisi ei adjunc-  
tetur decretum irritans, quod decreta m. cum non inveniantur  
comparatione irregularitatis, affectendum est ex irregularitate  
non irritari beneficij collationem. Vbi docet Sylvest. cur  
excommunicatio 4. num. 4. de accusationib. Et probabile reputant Suar. Co-  
ninch. Laym. Gasp. Hurtado loc. alleg.

Ex hac doctrina a fortiori sequitur irregulari incapaci-  
tatem non esse iurisdictionis Ecclesiastice, non solum delega-  
tæ, sed ordinariæ, siquidem non est ipso iure incapax delega-  
tæ recipiendi cui iurisdictioni ordinaria annexi soli. Reten-  
tam communis sententiam irregulari inhabilis est benefic-  
io suscipiendo; inhabilis etiam erit ad suscipiendum iuri-  
dictionem ordinariam utrumque am-  
pum, & que secundum eius regulas mensuratur, quippe iuri-  
dictioni ordinaria uitium beneficij, seu officio Ecclesiastico à  
quo irregularis excluditur. Si Suar. disp. 40. sect. 2. num. 12. &  
41. & 45. Bonac. disp. 7. de irregulari. p. 4. num. 12. At delega-  
tæ iurisdictioni ad quælibet alia munera præter vnum ordinis  
optimæ concedi irregulari poterit, quia nullibz cautori i-  
nterrogat, inhabilis est ad hanc iurisdictionem suscipien-  
dam: vti alijs relatis docet Bonacina disputat. 7. q. 1. p. 4. num. 12.

Tertius effectus irregularitatis secundum aliquorum Do-  
ctorum sententiam est priuatio beneficiorum ante irregulari-  
tatem acquisitionis. Nam cum irregulari incapax sit plenar-  
que exercendi officium, ratione cuius beneficium conce-  
ditur, videtur obligatus beneficium amittere, siquidem eius  
obligationi satisfaciens non potest. Sed contraitem mentis  
docuit communis sententia, quam pluribus comprobauit Na-  
uart. cap. 27. num. 249. dicto 5. Henrig. lib. 14. cap. 2. num. 6. Gregor. de Valen. t. 4. disp. 17. q. 19. pun. 2. §. quinto. Sayrus lib. 6. thesauri. cap. 2. num. 21. Suar. disp. 40. sect. 2. num. 30. &  
disp. 44. sect. 4. num. 2. Aula 7. p. disp. 2. dub. 6. conclus. 4. Riccius  
in prædictis 1. & 2. ad finem. Bonac. disp. 7. pun. 4. num. 3. Con-  
inch. disp. 18. dub. 1. num. 5. Paul. Layman. lib. 1. tract. 5. p. 1. cap.  
1. num. 1. coroll. 3. Gasp. Hurtado difficult. 3. in fine & alij.  
Colligiturque ex cap. clericis. Ne clerici, vel monachii. Erex. &  
Eraterritatis de clericis excommunicato, vel deposito. Et cap. po-  
pulatis. §. quæsiuiss. eodem. cap. ex litteris de excessu. prælator.  
requiruntibus officium iudicis ad beneficiorum priuationem.  
Neque illus est Textus hanc penam ipso iure indicens.  
Nam esto in cap. 1. de Homicidio in 6. priuatio afflantis be-  
neficij ipso iure, & in cap. cum secundum legem de Hereticis in 6.  
priuatur hereticus, & in cap. 1. se quis Episcopus 1. q. 1. summa-  
cuss: non prouenit hæc priuatio ratione irregularitatis, sed ex  
dicto qualificato, & taliter perpetrato, in quibus casibus  
est priuatio beneficiorum sit ipso iure lata, non tamen tene-  
tur quis se beneficii spoliare, quoque accedit sententia  
falsa declaratoria criminis, ut bene adiuvet Couarriu. de-  
cretal. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 7. circa finem. Suar. alijs relatis disp. 40.  
sect. 2. num. 17.

Solum obici potest decretum Conc. Trident. sect. 14. cap. 10  
7. de reformat. vbi loquens specialiter de irregularitate homici-  
dij voluntrari inquit: Qui sua voluntate homicidium pro-  
trauerit omni ordine, beneficio, & officio Ecclesiastico perpe-  
traverit, sed care ordine ipso iure, & absque sententia co-  
demnatoria, ergo etiam carere debet beneficio, & officio. Pro-  
pter hanc obiectiōnē Maiol. lib. 5. de irregulari. cap. 4. §. 4.  
numero 1. afflitit p[ro]p[ter] Concil. Trident. irregularitatem ho-  
mocidij voluntari priuatio beneficiorum obvientis. Verum v-  
reclit Suar. disputat. 44. sect. 4. num. 32. affirmat per Concil.  
lib. 1. num. 11. sed illius verba intelli-  
gi debent iuxta ipsarum rerum naturam, quæ el. vi. cate-  
tia ordinis, quam inducit irregularitas, ipso iure incurvantur.  
Secus verid. priuatio beneficiorum acquirentur, quia ple-  
rinque expostulat iudicis sententiam, nisi aliud expiatio-  
nem in presenti non exprimitur, ut adiuvet Salcedo plu-  
ribus relatis in sua prædicta capite 94. Couarriu. in Clement.  
si furiosus de Homicidio. 2. part. §. 3. num. 6. Suar. dict. sect. 4. num.  
mero 32.

Beneficiatus autem incidens in irregularitatem ex delicto, 11  
eis posset retinere beneficium dum per sententiam non priu-  
atur, debet tamen procurare dispensationem, & interim be-  
neficij muneri vel per alium satisfaciere in his actionibus,  
que ratione irregularitatis illi sunt prohibita. Assimilare enim  
coadiutorum pro aliquo tempore ex causa adeo gravi neque  
est contra iustitiam, neque illud iustum: vt notar. Suar. dict. dis-  
putat. 44. sect. 4. num. 19. consentit Nauart. lib. 3. conf. 17. de ho-  
mocidio. Cordub. in fin. q. 41. & lib. 1. q. 1. q. 1. num. 3. 6. Aula 7. p. dis-  
put. 2. dub. 6. vers. 6. Hinc sequitur, vbi explicat Felinius dicen-  
tem, tuta conscientia non posse retinere beneficium cui ei or-  
do facer annexus, si ipse propter crimen illud exercere ordi-

nem non potest, ut intelligatur si est in mora perendi dispensationem, vel desperatus est à dispensatione breui tempore, obtinenda. Bonac. disp. 7. p. 4. num. 10. Coninch. disp. 1. dub. 1. num. 5. Paul. Layman. lib. 1. tr. 5. par. 5. c. 1. corol. 3. Gaspar Hurtado de irregularar. difficult. 1. n. 21. & alii.

12. Ceterum tamen est ex delicto homicidij voluntarij venire priuandum irregularibus beneficis obtentis ex dicto decreto Conc. Trident. lss. 14. cap. 7. Sicut etiam venit priuandus ob hacten, ob simoniam, aliisque similia delicta. Pensionibus vero arbitrio iudicis relinquitur spectata delicti qualitate, nam in iure harum priuatum irregulari indicia non est, ut de dictum à sacra Cardinalium congregatione referunt Riccius dees. 524. Barbolà in dicto loco. Conc. Trident. Suar. disp. 4. 4. fct. 4. num. 14. Bonac. disp. 7. p. 4. n. 11.

13. Ex dictis infero primo irregularitatem superuenientem clericis beneficiato non priuare ipsum fructibus beneficij, neque priuandum esse per sententiam, si muneris quae ratione beneficii tenebatur exercere, per se, vel per alium exercebitur, siquidem beneficii titulum retinet, & ius habet percependi illius fructus polito muneri exercitio, sicuti alios relatis docuit Suar. disp. 4. 4. fct. 2. num. 20. Coninch. disp. 18. dub. 1. n. 5. Billuc. tract. 19. n. 6. 9. Bonac. disp. 7. punct. 4. n. 10. Paul. Laym. lib. 1. num. tract. 5. par. 5. cap. 1. n. 1. corol. 3.

14. Secundò infero irregularitatem beneficiato, seu iudici superuenientem non priuare ipsum iurisdictione aliqua ad forum contentiolum pertinente, idque poterit excommunicare, eligere, & beneficia conferre, sicuti poterat antequam in irregularitatem incidet, nam clavis hac irregularitas non delicit irregulari à beneficio, vel iure, neque etiam de dicti ab illius vnu: vt ex communione docuit Suar. disp. 40. fct. 2. num. 1. & 24. Billuc. tract. 19. num. 74. Bonacina disp. 7. de irregular. pun. 4. a. num. 12. sed Prael. 17. Coninch. disp. 18. dub. 1. num. 7. Paul. Layman. tract. 5. par. 5. cap. 1. n. 1. corol. 2. Et colligitur ex capitulo de excessu prelator. Vnde Parochus licet poterit affiliter matrimonio, & affilendi licentiam concedere, in modo licet etiam poterit facultatem dare reliqua Sacraenta ministrandi, ipse vero ministrare et non poterit non ex defectu iurisdictionis, sed quia vnu ordinis ob irregularitatem priuatus est. Quapropter si quis bona fide irregulari etiam denunciatio sua peccata fateatur, poterit ab eo absolutionem validè recipere, si alias habebat iurisdictionem absolviendi, nam ex vi irregularitatis dicta iurisdictione ipso iure non priuatur, tamen illius vnu ei interdictum erat.

Dices omnisi iurisdictione Ecclesiastica competit. Clerico quā Clericus est, sed per irregularitatem à clericato delicitur, ergo delicitur à iurisdictione competente ei ratione clericatus? Respondeo clericatum requiri tanquam conditionem, ut subiectum capax sit iuris electionis, illa tamen concessa illius vnu non est actus ordinis, ac proinde per irregularitatem non prohibetur.

15. Tertio infero ligatum irregularitatem ex delicto, si nolit, vel non possit impetrare dispensationem posse renunciare beneficium in favorem tertii, ac si nullam irregularitatem contraheret etiam pendente lite, & accusatione facta de irregularitate, quia si que quo accedit sententia, & condemnetur res quietus in beneficium, vt docuerunt Panormiti. in e. niss. cum Pridem num. 1. de renunciatione. Coninch. Clemens. si suis. 1. p. 5. 3. num. 7. Felin. in cap. inquisitor. col. 3. de accusatione. Ludovic. Gon. in regula de annali possess. q. 42. num. 3. Sayrus lib. 6. cap. 2. num. 14. Suarez. disp. 40. fct. 2. num. 19. & alii apud ipsos.

16. Dubitat tamen Couarru. dicto §. 3. num. 7. an si durante accusatione irregularitatis imperet aliquis beneficium irregulari calo quo per sententiam illo prouerit, possit irregularis confusus huius imputationis beneficium in favorem alterius, vel absolutè ante quam per sententiam condamnetur, renunciare? Negat Dominic. cons. 10. 5. & Ant. de Burio cons. 43. eo quod haec renunciatio cederet in praedium eius cui est illius per gratiam quiescere. Et deinde est in fraudem gratiam obtinens. Ergo nulla ex Textu in cap. si te probendam de renunciat. in 6. vbi aliquis obtinuit à Sede Apostolica rescriptum de prima probendam vacaratur, cuius recipi confusus alias probendam renunciare tenetur probendam, vt obtemperant gratiam conferentes, & priuare, pingui proxime vacatura. Respondeo Pontifex non teneri admittere illam renuem probendam, si de fraude constiterit, sed conferendam ei elle pingui probendam secundum vacantem, quia illa renunciatio ei obesse non potest. Siquidem non vacauit illa probenda tenuis ordinario modo, sed ex malitia.

Nihilominus tamen in nolto calo existimat Couarru plures refentes, & Molina. tract. 3. de iustit. disp. 7. 8. num. 2. optimè posse praefatum irregulari non obstante praedicta impenitentia renunciare suam probendam, in hoc enim nullam fraudem committit, siquidem utitur iure suo, & vt sibi consulat, non autem ut noceat impenitenti, renunciationem præstat. Sicut contingit in dicto cap. si te probendam, quia ibi curatur manifesta fraus.

Præterea quia etiam in casu illius Textus renunciatio probendae non annullatur, sed statutur, illa non obstante non præcludi viam ad obtinendum probendam pinguiorem, quia gratia facta erat de prima probenda vacante ordinario modo, & non ex malitia, & in fraudem impenitentis.

Ad illud vero quod dicebatur de iure quæsto facile respondet, impetrans namque non habet ius quæstum absoluere, sed conditionaliter, & incertum (hoc est) sub conditione si per sententiam priuatur, cui iure bene potest derogari per renunciationem. Sicut probat Couarru, super relato Ludouico Gomezio in regula de annali poss. q. 42. & in reg. de non tollendo iure quæsto q. 3. Deinde adiutat Couarru, in dicta Clement. si fuerit. 1. p. 5. 3. num. 7. facta hac renunciatione non posse iudicem procedere ad priuacionem beneficij, quia inutile est talis processus, cum beneficium non possidat ille aduersus quem sententia ferenda est: atque ita refert placuisse Rotæ in nouis des. 491. & Ludouic. Gomez regula de annali poss. q. 42. num. 5.

## PUNCTVM VI.

## De causis excusantibus ab irregularitate incidunt.

1. Si excusis à delicto cui est irregularitas annexa, vel si ignorans legem Ecclesiasticam (specialiter irregularitatem) intendit, exculcari ab irregularitate.
2. Communis sententia negat se esse excusatum ab irregularitate delicto annexa, si agnoscas delictum Ecclesiastica legem esse prohibitum, tametsi ignorans sub pena irregularitatis prohibitus esset.
3. Probabile est esse excusatum ab irregularitate, si probabiliter ignorans legem Ecclesiasticam in delicto annexa esse.

Ceterum est, te excusatum esse ab irregularitate delicto annexa, si excusis à delicto mortali, nam cum hac sit gravissima pena, peccatum mortale ad sui incursum requirit. Quinimodo existim probabilitus, si ignorans legem Ecclesiasticam specialiter prohibitet esse delictum cui irregularitas annexatur, te excusat ab illius incusione, Vt docuit tract. 2. de peccatis disp. 1. pun. 17. & præter illi relatios docet Coninch. disp. 18. de irregularitate dub. 1. conclus. 1. & probari potest ex cap. 2. de constitutionib. in 6. vbi deciditur non ligari constitutionibus ordinariis illas ignorantes, hoc est non ligari quoad penam illis incursum, qui aquilon non est & qui penam punire transgressorum legis ex ignorantia, ac ex malitia, siquidem ignorantia à transgressione culpabili legit exequatur. Quia decisio à fortiori procedit in constitutionibus Pontificis. Secundò probatur ex cap. propria fct. 82. disp. vbi Clerici luxuriosi sibi illud delictum sub pena de positionis per legem Ecclesiasticam prohibitet esse veniam digni sunt, neque ea pena afficiuntur, sed alia mitior arbitrio iudicis. Ergo ignorantia legis Ecclesiastica excusat ab illius transgressione, & a pena ei annexa. Tertiò penalis irregularitas plerunque ab Ecclesia indicatur in penam in obedientiam, & consumaciam aduersus Ecclesiam, siquidem superadditur violatione censuram, qua inobedientiam, & consumaciam requirunt. At non obedientia, & consumaciam in Ecclesiam itare non potest posse ignorantia legis Ecclesiastica. Ergo &c.

Quod si dicas irregularitatem non tam in penam delicti, quam ob decentiam Ecclesiastici status indicari, cui decenter obilitas delictum. V.g. homicidii, tametsi ignoratur legem Ecclesiastica sub pena irregularis prohibitus esset? Respondeo etio ob decentiam status Ecclesiastici inducatur irregularitas, at quia simili inducitur in penam obedientiam Ecclesiastica violata, et de causa locum habere non potest cessante inobedientia, quia sine dubio celat polita legis Ecclesiastica ignorantia.

Difficultas vero est, an si probabiliter ignorans irregularitatem delicto annexam esse, tametsi scias Ecclesiastica legem esse prohibit ab ea irregularitate excusat. Communis sententia negat ignorantiam huius penæ excusat delinquentem ab illa incorrendam. Quid docent omnes qui de excommunicatione, suspensione, & interditio afflant, quos refert Couarru. cap. alma mater. 1. p. 10. numero 9. & ultra illos specialiter de irregularitate tradunt Suar. de censor. disp. 40. fct. 5. num. 9. Corduba in quæst. lib. 1. q. 2. 5. ver. item eccl. ad. Ludovic. Lopez. 1. p. infrauctor. vbi de excommunicat. capa. 13. ad. 3. Aula 7. p. disp. 2. dub. 7. conclus. 2. Gab. Vazq. de excommunicatione. dub. 16. Gaspar Hurtado de irregulari. difficult. 8. num. 29. Mouentur quia ignorantia penæ non videtur excusare ab illius incusione, alia plurimi delinquentes à postis per legem statutis excusat.

Deinde irregularitas non est pena medicinalis, quæ illius cognitionem requirat, sicuti sunt censuræ, & esto ad reprimendam inobedientiam, & consumaciam in Ecclesiam incitare.